

# La letteratura e la morte

## La peste di Atene

Dal libro VI° (versi 1138-1286) del *De Rerum Natura* di Tito Lucrezio Caro. Nel brano, senza titolo nel testo latino, Lucrezio ha trasposto in poesia il racconto che Tucidide fa della peste di Atene (403 a.C.) nella sua

Guerra del Peloponneso (II° libro). Nell'organizzare il testo di questo brano, giunto a noi in pessime condizioni, l'edizione ha tenuto conto proprio del fatto che Tucidide è la fonte a cui Lucrezio ha attinto.

(Guido Bianchini)

Haec ratio quondam morborum et mortifer a<stus>  
finibus in Cecropis funestos reddidit agros,  
vastavitque vias, exhaustis civibus urbem.  
Nam penitus veniens Aegypti finibus ortus,  
aera permensus multum camposque natantis,  
incubuit tandem populo Pandionis omni.  
Inde catervatim morbo mortique dabantur.  
Principio caput incensum fervore gerebant,  
et duplicis oculos suffusa luce rubentes.  
Sudabant etiam fauces intrinsecus atrae  
sanguine, et ulceribus vocis via saepta coibat,  
atque animi interpres manabat lingua cruore  
debilitata malis, motu gravis, aspera tactu.  
Inde ubi per fauces pectus compleverat, et ipsum  
morbida vis in cor maestum confluxerat aegris,  
omnia tum vero vitae claustra lababant.  
Spiritus ore foras taetrumolvebat odorem,  
rancida quo perolent proiecta cadavera ritu.  
Atque animi prorsum vires totius <et> omne  
languibat corpus leti iam limine in ipso.

Un tale contagio, un tale soffio mortifero, un di  
avvelenò le campagne della terra di Cecrope,  
rese deserte le strade e spopolò le città.  
Apparso nel profondo Egitto, venne  
volando sull'aria sopra i campi ondeggianti,  
si riversò, infine, su tutto il popolo di Pandione:  
a caterve se ne ammalarono e ne morirono.  
Dapprima la testa avevano arsa da una gran febbre  
e gli occhi arrossati con un soffuso alone.  
La gola annerita dal sangue trasudava muco,  
la voce usciva impastata dalle piaghe,  
la lingua, interprete dell'anima, stillava sangue  
indebolita dal male, torpida e ruvida.  
E quando giù per la gola il pus invadeva il petto  
e scendeva dentro al cuore dolente dei malati,  
allora collassavano le difese della vita.  
Il fiato usciva dalla bocca con un fetore  
simile a quello, rancido, delle salme insepoltte.  
Le forze dello spirito del corpo tutto languivano  
come se fossero sull'orlo della tomba.

Intolerabilibusque malis erat anxius angor  
adsidue comes et gemitu commixta querella.  
Singultusque frequens noctem per saepe diemque  
corripere adsidue nervos et membra coactans

Quei mali intollerabili erano assidui compagni  
sempre di gemiti e di lamenti e d'una grande ansia.  
Un singulto frequente contraeva giorno e notte  
nervi e muscoli affaticando a morte i malati.

dissolvebat eos, defessos ante, fatigans.  
Nec nimio cuiquam posses ardore tueri  
corporis in summo summam fervere partem,  
sed potius tepidum manibus proponere tactum,  
et simul ulceribus quasi inustis omne rubere  
corpus, ut est per membra sacer dum diditur ignis.  
Intima pars hominum vero flagrabat ad ossa,  
flagrabat stomacho flamma ut fornacibus intus.  
Nil adeo posses cuiquam leve tenueque membris  
vertere *in utilitatem, at ventum et frigora semper.*  
In fluvios partim gelidos ardentia morbo  
membra dabant, nudum iacentes corpus in undas.  
Multi praecipites lymphis putealibus alte  
inciderunt ipso venientes ore patente:  
insedabiliter sitis arida, corpora mersans,  
aequabat multum parvis umoribus imbrem.

Nec requies erat ulla mali: defessa iacebant  
corpora. Mussabat tacito medicina timore,  
quippe potentia cum totiens ardentia morbis  
lumina versarent oculorum expertia somno.  
Multaque praeterea mortis tum signa dabantur:  
perturbata animi mens in maerore metuque,  
triste supercilium, furiosus voltus et acer,  
sollicitae porro pleneaeque sonoribus aures,  
creber spiritus aut ingens raroque coortus,  
sudorisque madens per collum splendidus umor,  
tenuia sputa minuta, croci contacta colore  
salsaque, per fauces rauca vix edita tussi.  
In manibus vero nervi trahere et tremere artus  
a pedibusque minutatim succedere frigus  
non dubitabat. Item ad supremum denique tempus  
compressae nares, nasi primoris acumen  
tenue, cavati oculi, cava tempora, frigida pellis  
duraque in ore, iacens rictum, frons tenta tumebat.  
Nec nimio rigida post artus morte iacebant.  
Octavoque fere candenti lumine solis  
aut etiam nona reddebant lampade vitam.

Quorum si quis, ut est, vitarat funera leti,  
ulceribus taetris et nigra proluvie alvi  
posterius tamen hunc tabes letumque manebat,  
aut etiam multus capitis cum saepe dolore  
corruptus sanguis expletis naribus ibat:  
huc hominis totae vires corpusque fluebat.  
Profluvium porro qui teatri sanguinis acre  
exierat, tamen in nervos huic morbus et artus

Al tatto, nessuno degli sventurati sembrava  
aver la pelle che scottava per la febbre alta;  
anzi essi sembravano aver le mani fresche,  
anche se tutto il corpo era a chiazze rosse  
come quelle che compaiono quando si ha l'herpes.  
Dentro, però, la gente sentiva vampe fin nelle ossa:  
nello stomaco era come se ardesse una fornace.  
Non c'era nulla, per lieve che fosse, che ristorar  
potesse quelle membra, salvo il vento ed il freddo.  
Alcuni si gettavano in acqua nudi  
per sedare l'ardore che loro dava il male;  
molti caddero in acqua dall'alto dei pozzi  
con la bocca aperta come in cerca di refrigerio;  
tanta era l'arsura che consumava i loro corpi  
che un acquazzone pareva pioggerella.

Il male era senza tregua: stremati giacevano  
i corpi. Gli occhi, sbarrati ed ardenti  
e privi di sonno dolevano, a ruotarli.  
La medicina si chiudeva in un timoroso silenzio.  
Molti erano i segni che annunciavano la morte:  
turbata era la mente dalla melanconia,  
lo sguardo triste ed il volto corrucciato,  
le orecchie tormentate da ronzii,  
affrettato e lento, a tratti, il respiro,  
madido il collo di un sudore lucido,  
frequenti gli sputi, colorati di giallo;  
il catarro emesso a fatica con la tosse  
ha un aspetto poco consistente, giallognolo.  
I tendini delle mani tremanti si rattappivano  
e pian piano il freddo saliva su dai piedi.  
E quando infine s'avvicinava l'ora  
le nari apparivano compresse, sottile il naso,  
scavati gli occhi, cave le tempie, freddo la pelle,  
ghignante la bocca, tumefatta la fronte.  
E sopraggiungeva presto il rigor mortis.  
E quando il sole tornava lucente a risplendere  
l'ottavo o il nono giorno, rendevano l'anima.

Chi era scampato alla morte, e ve n'erano,  
moriva poco dopo di una diarrea nera  
od, anche, in preda ad un forte mal di capo,  
di una emorragia di sangue corrotto  
che gli usciva dalle nari intasate: come se queste  
fossero le vie scelte dalla vita per andarsene.  
Se poi sopravviveva a quel flusso orrendo di sangue,  
il morbo gli penetrava nei nervi e negli arti

ibat, et in partis genitalis corporis ipsas.  
Et graviter partim metuentes limina leti  
vivebant ferro privati parte virili,  
et manibus sine nonnulli pedibusque manebant  
in vita tamen, et perdebant lumina partim:  
usque adeo mortis metus his incesserat acer.  
Atque etiam quosdam cepere obliviam rerum  
cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi.  
Multaque humi cum inhumata iacerent corpora supra  
corporibus, tamen alituum genus atque ferarum  
aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem,  
aut, ubi gustarat, languebat morta propinqua.  
Nec tamen omnino temere illis solibus ulla  
comparabat avis, nec <tris>tia saecula ferarum  
exibant silvis. Languebant pleraque morbo  
et moriebantur. Cum primis fida canum vis  
strata viis animam ponebat in omnibus aegre;  
extorquebat enim vitam vis morbida membris.  
Incomitata rapi certabant funera vasta.  
Nec ratio remedi communis certa dabatur;  
nam quod ali dederat vitalis aeris auras  
voluere in ore licere et caeli templa tueri,  
hoc aliis erat exitio letumque parabat.  
Illud in his rebus miserandum magnopere unum  
aerumnabile erat, quod ubi se quisque videbat  
implicitum morbo, morti damnatus ut esset,  
deficiens animo maestus cum corde iacebat,  
funera respectans animam amittebat ibidem.  
Quippe etenim nullo cessabant tempore apiscis  
ex aliis alios avidi contagia morbi,  
lanigeras tamquam pecudes et buccera saecula.  
Idque vel in primis cumulabat funere funus.

Nam quicumque suos fugitabant visere ad aegros,  
vitae nimium cupidus mortisque timentis  
poenibat paulo post turpi morte malaque,  
desertos, opis expertis, incuria mactans.  
Qui fuerant autem praesto, contagibus ibant  
atque labore, pudor quem tum cogebat obire  
blandaque lassorum vox mixta voce querellae.  
Optimus hoc leti genus ergo quisque subibat.

inque aliis alium, populum sepelire suorum  
certantes: lacrimis lassos luctuque redibant;  
inde bonam partem in lectum maerore dabantur.  
Nec poterat quisquam reperiri quem neque morbus,  
nec mors nec luctus temptaret tempore tali.

e, persino, negli organi genitali.  
C'era chi, temendo fortemente la morte  
si evirava col coltello pur di vivere  
e chi rimaneva senza piedi e senza mani  
e chi si cavava gli occhi, tanto terribile  
li invadeva la paura della morte.  
Un'amnesia totale prese alcuni al punto  
da non ricordare nemmeno chi fossero.  
Sebbene molti corpi giacessero insepolti  
gli uni sugli altri, sia gli uccelli che le belve  
o se ne tenevano lontani a causa del fetore  
o, se ne mangiavano, ne morivano assai presto.  
Nessun uccello infatti si fece vedere in quei giorni,  
né gli animali uscirono dai boschi.  
Molti erano ammalati, molti stavano morendo.  
Per primi morirono i cani, miseramente,  
esalando l'anima fedele lungo le strade:  
l'epidemia li stroncava con violenza.  
Era tutto un funerale senza cortei, quasi di corsa.  
Né v'era un metodo certo di cura, per tutti.  
Ciò che consentiva ad alcuni di sopravvivere,  
di continuare a guardare il cielo  
era esiziale per altri e li preparava alla morte.  
Ciò che specialmente stringeva il cuore  
era che chi si sentiva aggredito dal male  
se ne stava scoraggiato e mesto in cuor suo  
come se fosse già stato condannato a morire;  
si lasciava morire aspettando il funerale.  
Senza un istante di tregua l'epidemia  
si propagava insaziabile dagli uni agli altri,  
colpendo sia le pecore che i bovini,  
cumulando, quel che più conta, moria a moria.

Quelli che per paura della morte  
evitavano di assistere i propri malati  
erano puniti poco dopo con una morte simile,  
abbandonati, senza aiuto, abbattuti dall'incuria.  
D'altra parte, contagio e fatica uccidevano  
anche gli ottimi che la pietà spingeva al soccorso,  
ad ascoltare le voci imploranti, i gemiti;  
tale genere di morte raggiungeva anche loro.

e la gente litigava per seppellire i propri morti  
nelle fosse altrui; poi, stanca e mesta rincasava  
e si gettava a letto a piangere.  
A quel tempo nessuno era scomparto  
o ad un lutto o al male, o alla morte.

Praeterea iam pastor, et armentarius omnis  
 et robustus item curvi moderator aratri  
 languerat, penitusque casa contrusa iacebant  
 corpora paupertate et morbo dedita morti.  
 Examinis pueris super examinata parentum  
 corpora nonnumquam posses retroque videre  
 matribus et patribus natos super edere vitam.  
 Nec minimam partem ex agris is maeror in urbem  
 confluit, languens quem contulit agricolarum  
 copia conveniens ex omni morbida parte.  
 Omnia conplebant loca tectaque; quo magis aestu  
 confertos ita acervatim mors accumulabat.  
 Multa siti prostrata viam per proque voluta  
 corpora silanos ad aquarum strata iacebant,  
 interclusa anima nimia ab dulcedine aquarum,  
 multaue per populi passim loca prompta viasque  
 languida semanimo cum corpore membra videres  
 horrida paedore et pannis cooperta perire  
 corporis inluvie: pellis super ossibus una,  
 ulceribus taetris prope iam sordeque sepulta.  
 Omnia denique sancta deum delubra replebat  
 corporibus mors examinis, onerataque passim  
 cuncta cadaveribus caelestum templa manebant,  
 hospitibus loca quae complebant aedituentes.  
 Nec iam religio divom nec numina magni  
 pendebantur: enim praesens dolor exsuperabat.  
 Nec mos ille sepulturae remanebat in urbe,  
 quo prius hic populus semper consuevit humari;  
 perturbatus enim totus trepidabat, et unus  
 quisque suum pro re <praesenti> maestus humabat.  
 Multaque <res> subita et paupertas horrida suasit.  
 Namque suos consanguineos aliena rogorum  
 insuper extracta ingenti clamore locabant,  
 subdebantque faces, multo cum sanguine saepe  
 rixantes potius quam corpora deserentur.

Ormai ogni pastore, ogni madriano,  
 ogni robusto guidator di vomere languiva;  
 i loro corpi giacevano nelle capanne  
 preda della povertà, del morbo, destinati alla morte.  
 Sopra i figli esanimi era possibile, a volte, vedere  
 i corpi inanimati dei genitori; a volte, al contrario,  
 sopra i padri e le madri rendevano l'anima ai figli.  
 In gran parte i disagi aumentarono in città  
 perchè molti agricoltori vi arrivarono spinti  
 dall'epidemia da ogni dove e tutti insieme.  
 Riempirono ogni casa abbandonata; in quell'estate,  
 quanti arrivarono, la morte li accatastò ivi pigiati.  
 Molti, prostrati dalla sete, giacevano per strada  
 come se vi si fossero rotolati in cerca d'acqua  
 e vi fossero morti ebbri della sua dolcezza.  
 Molti semisvenuti nelle pubbliche piazze e nelle vie,  
 le membra flaccide, puzzolenti, laceri,  
 sono stati visti perire;  
 gente macilenta, tutta pelle e ossa,  
 coperta di piaghe spaventose e di sporcizia.  
 Tutti i luoghi di culto erano zeppi  
 di corpi esanimi; tutti ingombri i templi  
 degli dei di cadaveri sparsi qua e là;  
 gremiti di ospiti tutti i luoghi.  
 Nè si badava più di tanto al culto o al dio;  
 il dolore superava ogni altro sentimento.  
 Il rito delle esequie non era più quello di un tempo,  
 quello a cui il popolo era adusato.  
 Ognuno trepidava turbato,  
 ognuno, mesto, inumava i suoi per conto suo.  
 L'orrida povertà spinse molti ad atti osceni:  
 piazzavano i propri parenti urlando  
 sul rogo preparato per altri, lo accendevano  
 con risse spesso sanguinose  
 piuttosto che lasciare insepolti i morti.